necessitudine sanguinis conjunctos. Nosti, quod non thesauri protectiones et custodiæ regni sint, sed amici; quos nemo armis cogere queat, neque comparare auro, sed quod debito honestoque facto, quod fidelitate acquiruntur. Nullus amagis amicus est, quam frater fratri: Nec ullus ex alienis invenietur fidelis, si hostis fueris tuis necessarijs. Ego certè trado vobis, si fideles eritis et concordes, regnum validum, si verò mali atque discordes, debile. Nam parvæ res per concordiam crescunt, maximæ verò discordiâ decidunt. Cæterum decet Te, ô Jugurtha, potius, quam hos filios meos providere, ne quid eveniat aliter, quam nos volumus, quia tu ætatē ac sapientiâ anteis: Nam in omni contentione, is, qui est ditior, quanquam accipit injuriam, injuriam tamen videtur facere, quia potentior est. Vos a. Adherbal et Hiempsal, veneramini tam præstantem virum, et cavete vobis, ne eundem, (Jugurtham puto) offendatis! imitamini virtutem ejus et elaborate efficere, ne vos Jugurthâ sitis deteriores. f.

Johannes Viurus
Cross-Sil.